



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

8. De ejectis templo vendentibus. lo.2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

443 MEDITAT. RESIDVA

Dei, tu es rex Israhel. Considera, eos Dei carissimos esse, & verè Israelitas, id est perfectos Christianos, qui ab omnibus dolis & fraudibus sunt alieni. Vnde & Christus Apostolis hanc virtutem commendauit, dicens. *Estote simplices sicut columbe.* Ex Canonizatione Sanctorum hęc impressa virtus commendatur 2. Considera, Nathanael, licet Apostolica hac virtute proditus esset, tamen in numerum Apostolorum nō esse ascitum, quia Christus volebat conuerti mundum, & humanam confusione sapientiā per homines rudes & idiomas quo constaret nō humana sed diuinata Christiana religionem persuadere mundo. Nathanael autē erat homo proditus & legis Doctor. 3 Considera, doctrina adiutum Nathanaelē, ut citius aduterit Christum secum loquētem esse Messiam, quia videbat duo illa abditissima quę de ipso prodidit Christus, non posse sciri, nisi a Deo.

MEDITATIO VIII

De eiectis templo vendentibus. Ioan.

Iesus Hierosolymam ingressus, cū in templo inuenisset vendentes oves & boves, p

gello omnes eiecit. Considera, Christum ante omnia adiisse templum, quia in omnibus actionibus suis primo semper quærebat Dei gloriam. Et cum aduerteret illud fide à negotiatoribus profanari, licet mortalium mitissimus esset, & ipse agnus Dei zelo iuino accensus ex funiculis fortoblati cōfecisse flagellum, terribiliq; saltu totam illam sacrilegam turbā cie-
cisse. Consumatur & cor tuum vindican-
di diuinī honoris zelo, quando tuum Dei
templum, id est, animā tuam aduertis bel-
linis carnalium affectū motibus pro-
fanatum, & flagello pœnitētię in illud de-
fessias. 2. cōsidera funiculis designari pec-
cata, quibus homo velut funibus cōstrin-
gitur, ut intelligas Deum ex peccatis no-
stris sumere castigādi materiam, eo quod
dum in malo persistimus, & peccatis pec-
cata addimus, multiplicemus funiculos, è
quibus fiat flagellum quo castigemur.

Eiecit quoq; oues, & boves & nummula-
torum effudit as, & mensas subuertit. Con-
sidera oues esse, qui specie pietatis alios
decipiunt; boues, quae sunt bestię laborio-
sa, esse prædicatores, qui ob quæstum suū,
& non ob lucrum animarum verbum Dei
annunciant; nummularios autē, qui Deo

Y s non

Prou. 5.

2.

noa integrē seruiunt, sed partim Deo, partim mundo, & qui non purē quærūt Christi gloriam in actionib suis, sed sua potius commoda. 2. Considera, si Dominus grauiter tulit animalia innoxia, emen- que & vendentes illa tantum, quæ culi diuino erant dedicata, & iamiam offerta, quid facturus esset, si inuenisset in homines cōfabulantes de rebus vanis, pugatores, impudicos, famæ alienę detrac- res, irrisores, nullaq; deuotione prædictos

3. Et his qui columbas vendebant dixit. Af- ferte ista hinc, & nolite facere domum pa- meidomum negotiationis. Cōsidera colum- bas spiritualiter vendere eos, qui receptionem Spiritus sancti gratiam, non gratis re- berent, sed pro mercede aliis communica- cant: vel qui non secundum meritā, sed se- cundum hominum fauorem & gratiam, illam impertiunt, vel deniq; qui beneficū Ecclesiastica Simoniacē emunt, vel re- dunt. 2. Considera, Christum mitius lo- tum vēdentibus columbas, tum quia pa- periores & simpliciores homines esse sol- lent, qui vendunt aues, tum quia per colum- bas, volueres innoxias, Spiritus sanctus de- signabatur. Ut discas, zelum temperat, qnando agendum est contra eos, qui exi-

G D O R S A

DE VI
gnorant
malitia
honore

De coll

E s v s
fontem
ridiem.
montes
sine cib
nicular
dem mo
re supra
ceps ve
culas ra
duce vi
consider
det sup
mortu
ad qua
dicent
supra p
uam c
funda

IDVA
DE VITA CHRISTI DOM. 3-7

Deo, pa-
rūt Chi-
ua potu-
mīus tan-
ementū
uæ culm-
n officia-
sifet inc-
vanis, n-
detracto-
præditos
dixit. Au-
um Pater
ra colum-
reception-
tis vri de-
muni-
ta, sed se-
gratiam,
benefici-
, vel vo-
ius lori-
quia pa-
s esse lo-
percollo-
actus de-
nperare,
qui exi-
gitoria-

gnorantia & simplicitate potius quam ex
malitia & proteruiā in aliqua re diuinum
honorem lœdunt.

MEDITATIO IX.

De colloquio Domini cum Samaritana

Ioan. 4.

Iesus fatigatus ex itinere sedebat sic supra 1.
fontem sub horam sextam, id est, circa me-
ridiem. Considera, Iesum benedictum per
montes & valles à mane usque ad meridiē
sine cibo & potu quærentem errantem o-
niculam, ut eam deducat ad ouile, ac tan-
dem more hominū de via fessorum sede-
re supra fontem, ut ibi tanquam peritus au-
ceps verborum suorum reti aucupetur ui-
culas ratione prædictas, unaque capta, ea
duce vratur ad alias in rete illicendas. 2.
considera eū sedere sic, id est, in terra, qui se-
det supra Cherubinos: sedere supra aquas
mortuas, ut cōmutaret eas in aquas viuas,
ad quas per Prophetam omnes inuitauit,
dicentem. *Omnes sitientes venite ad aquas.*
supra puteum profundum quasi super no-
uam cathedrā, ut patefaciat noua & pro-
funda mysteria scripturarum.

Venit